corde ipsi vero non cognouerũt vias me
as quibus iuraui in ira mea si introibũt
in requiem meã. Aue maria gr̃a plena
dñs tecũ. Gloria patri et filio et spiri
tui sancto Sicut erat in principio et nũc
et semper et in secula seculorum Amen.
Dñs tecum. Aue maria gracia plena
Dominus tecum. Hymnus.
Quem terra pontus ethera co
lunt adorant predicant trina regente
machina claustrũ marie baiulat Cui
luna sol et omnia deseruiũt per tempora per
fusa celi gr̃a gestant puelle viscera.
Beata mater munere cuius supernus
artifex mundũ pugillo continens ventris
sub archa clausus est. Beata celi
nuncio fecunda sancto spũ desideratus
gentibus cuius per aluũ fusus est. Gloria tibi dñe qui natus es de virgine
cũ patre et sancto spũ in sempiterna se
cula. Amen. Iste psalmus et alii duo se
quentes cũ suis antiphonis dicũtur diebus
dñicis lune et iouis Benedicta tu. Psalmus.
Domine dñs noster quam admirabile est
nomen tuum in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificencia tua
super celos. Ex ore infantium et lacten
tiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos